

DOMINICA PASCHÆ
IN RESURRECTIONE DOMINI

Ad Vigiliis

Vigilia paschalis locum tenet Officii Vigiliarum : qui ergo sollempni Vigiliæ paschali non interfuerunt, ex ea legant saltem quattuor lectiones, cum canticibus et orationibus. Expediit eligere eas de libris Exodi et Ezechielis et de Apostolo, necnon Evangelium ut última lectione.

Hoc officium absolute incipit a lectionibus. Post Evangelium dicitur Te Deum et oratio conclusiva, quæ sumitur e Laudibus matutinis.


Ÿ. Dómine, lábia mea apéries.

✠. Et os meum annuntiábit laudem tuam.
Glória Patri. Sicut erat.

Hac die Invitatorium ut notatur dicitur semper ante Laudes matutinas.

VERSUS INVITATORIUS

Invit.



Al-le-lúia, alle-lúia, alle-lú-ia, * alle-lúia, al-
le-lúia, alle-lú-ia. Ps. Vení-te. vj.

Ad Laudes matutinas

Non dicitur versus Deus in adiutórium.

HYMNUS


iv.T.




Cho-rus novæ Ie-rú-sa-lem no-vam me-li dulcé-

Ad Laudes matutinas

1



dinem pro-mat, co-lens cum sóbri-is paschá-le fe-
stum gáu-di-is.
Quo Chri-stus inví-ctus Le-o dra-cóne surgens óbru-
to, dum voce vi-va pérsonat, a morte functos
éx-ci-tat.
Quam de-vorárat ímpro-bus præ-dam refúdit tár-tarus:
ca-ptivi-tá-te líbera Iesum sequún-tur ág-mi-na.
Tri-úmphant ille spléndi-de, et dignus ampli-tú-di-



ne, so- li, po- lí- que pátri- am unam facit Rem-
pú- bli- cam.

Ipsum canéndo súppli- ces Re- gem precémur mí- li-
tes, ut in su- o cla- ríssimo nos órduet palá-
ti- o.

Per sæcla metæ nésci- a, Pa- tri suprémo gló- ri- a,
ho- nórque sit cum Fí- li- o, Et Spí- ri- tu Pará- cli-
to. A- men.

Psalmi et canticum cantantur sub unica antiphona. Superior incipit.

Ant.



3.T. **A** l- lelúia, alle- lú- ia, alle- lúia, alle- lúia, alle- lú-
ia, alle- lúia, alle- lúia, alle- lúia. E u o u a e.

Post psalmodia repetitur antiphona.


LECTIO BREVIS

Act 10, 40-43

Deus suscitávit Iesum tértia die † et dedit eum maniféstum fieri, non omni pópulo sed téstibus præordinátis a Deo, * nobis, qui manducávimus et bíbimus cum illo postquam resurrexít a mórtuis; † et præcépit nobis prædicáre pópulo et testificári quia ipse est, qui constitútus est a Deo iudex vivórum et mortuórum. * Huic omnes prophétæ testimónium pérhíbent † remissionem peccatórum accíperere per nomen eius omnes, qui credunt in eum.

RESPONSORIUM MAGNUM

cf. Mt 28, 1-7 ; Mc 16, 7 ; ; Lc 24, 1



viiij.T. **M** arí- a Magda- léne, et ál- tera Ma-
rí- a i- bant di- lúculo ad monumén- tum, et di-
xit e- is Ange- lus: Quem quæri- tis, non est

hic, surrēxit si- cut locú- tus est: * Præcēdet
 vos in Gali- læ- am, ibi e- um vidēbi- tis, al- lelú-
 ia, alle- lú- ia. *Ps.* Ci- to e- úntes
 díci- te discípu- lis e- jus, et Pe- tro, qui- a surrē- xit
 Dómi- nus. * Præcēdet.

Vel loco responsorii dicitur ant. Hæc dies.

ij.T.
Hæc dí- es, quam fe- cit Dó-
 minus, exulté- mus
 et læ- té- mur in e- a.

AD BENEDICTUS

Mc 16, 2

vii.T.
Et valde mane, una Sabba- tórum véni- unt ad mo-
 numén- tum, or- to jam so- le, alle- lúia. E u o u a e.

vel

Io 20, 4

j.T.
Currēbant du- o simul, et ille áli- us discí- pu-
 lus præcucúrrit cí- ti- us Petro, et venit pri- or ad monu-
 méntum, alle- lúia. E u o u a e.

PRECES

Christum, auctórem vitæ, quem Deus suscitávit quique nos suscitábit per virtútem suam, † orémus, clamántes :

Christe, vita nostra, salva nos.

Christe, lux fúlgida in ténebris splendens, vitæ princeps et ortárium sanctificátor, † hanc diem ad laudem tuam fac nos transigere.

Christe...

Dómine, qui ambulásti in via passiónis et crucis, † concéde nobis ut, tecum patíentes et moriéntes, tecum étiam resuscitémur. *Christe...*

Fili Patris, magister et frater noster, qui nos regnum et sacerdotes Deo nostro constituisti, † præsta ut tibi sacrificium laudis offeramus in gaudio. *Christe...*

Rex gloriæ, præclarum expectamus diem manifestationis tuæ, † ut vultum tuum contemplémur et similes tui efficiámur. *Christe...*

Servitoribus mensis et lectoribus esto adiutor. *Christe...*

Fratribus nostris absentibus auxilium tuum præsta. *Christe...*


Pater noster.


Oratio


Deus, qui hodierna die, per Unigenitum tuum, æternitatis nobis áditum, devicta morte, reserasti, * da nobis, quæsumus, ut, qui resurrectionis dominicæ sollémnia cólimus, † per innovatióem tui Spíritus in lúmine vitæ resurgámus. Per Dóminum.

ANTIPHONA AD B. MARIAM VIRGINEM

vij. T.  **S** ub tu-um præsídi- um confúgimus, sancta De-i Gé-

 netrix, nostras depreca-ti- ónes ne despíci- as in necessi- tá-

 tibus nostris, sed a perículis cunctis líbera nos, semper



Virgo glori- ósa et be- nedícta. (T.P. Alle- lú-ia, allelúia.)



✠ Benedi-cámus Dómino, allelúia, alle- lúia.



✠ De-o gráti- as, allelúia, alle- lúia.

Ad Tertiam

HYMNUS

vij. T. 

I am surgit hora térti- a, * qua Christus ascéndit cru-
 cem; nil ínsolens mens cógi-tet, inténdat afféctum precis.

Qui corde Christum súscipit,
innóxium sensum gerit
votisque præstat sédulis
Sanctum meréri Spíritum.

Hæc hora, quæ finem dedit
diri vetérno críminis ;
hinc iam beáta témpora
cœpére Christi grátia.

Iesu, tibi sit glória,
qui morte victa prænites,
cum Patre et almo Spíritu,
in sempitérna sæcula. Amen.

Ant.

j.T.

A l-le- lúia, alle-lúia, alle-lúia, alle- lúia, alle-lú-
ia, alle-lúia, alle-lúia. E u o u a e.

LECTIO BREVIS

1 Cor 15, 3b-5

Christus mórtuus est pro peccátis nostris secúndum Scriptúras † et sepúltus est et suscitátus est tértia die secúndum Scriptúras * et visus est Cephæ et post hæc Duódecim.

℣. Hæc dies quam fecit Dóminus, allelúia.

℟. Exsultémus et lætémur in ea, allelúia.

Oratio, ut ad Laudes matutinas.

Ad Sextam

HYMNUS

vij.T.

V ení- te, servi, súppli-ces, * et mente et ore extólli-
te dignis be- átum láudibus nomen De- i cum cánti-co.

Hoc namque tempus illud est,
quo sæculórum iúdicem
iniústa morti trádidit
mortálium senténtia.

Et nos amóre débito,
timóre iusto súbditi,
advérsus omnes ímpetus
quos sævus hostis íncutit,

Unum rogémus et Patrem
Deum regémque Fílium
simúlque Sanctum Spíritum,
in Trinitáte Dóminum. Amen.

Ant.

vij.T.

A l- lelúia, alle- lúia, alle-lúia, alle-lúia, alle-
lúia. E u o u a e.

LECTIO BREVIS

Eph 2, 4-6

Deus, qui dives est in misericórdia, propter nímiã caritátem suã, qua diléxit nos, † et cum essémus mórtui peccátis, convivificávit nos Christo * – grátia estis salváti – † et conresuscitávit et consedére fecit in cæléstibus in Christo Iesu.

℣. Hæc dies quam fecit Dóminus, allelúia.

℟. Exsultémus et lætémur in ea, allelúia.

Oratio, ut ad Laudes matutinas.

Ad Nonam

HYMNUS

vij.T.

Hæc hora, quæ respléndu- it * crucisque solvit núbila,
 la, mundum tenébris éxu- ens, reddens seréna lúmina.

Hæc hora, qua resuscitans
 Iesus sepulcris corpora,
 prodire mortis libera
 iussit refuso spiritu.

Novata sæcla credimus
 mortis solutis legibus,
 vitæ beatæ mûnera
 cursum perennem currere.

Iesu, tibi sit glória,
 qui morte victa prænites,
 cum Patre et almo Spiritu,
 in sempiterna sæcula. Amen.

Ant.

iv.T.

Alle- lúia, allelúia, allelú- ia, alle- lú- ia, allelú-
 ia, allelúia, allelúia, al-le- lúia. E u o u a e.

LECTIO BREVIS

Rom 6, 4

Consepúlti sumus cum illo per baptísmum in mortem, † ut quemád-
 modum suscitátus est Christus a mórtuis per glóriam Patris, * ita et
 nos in novitáte vitæ ambulémus.

℣. Hæc dies quam fecit Dóminus, allelúia.

℟. Exsultémus et lætémur in ea, allelúia.

Oratio, ut ad Laudes matutinas.

Ad Vesperas

HYMNUS

iv.T.

Ad ce- nam Agni próvidi,* stolis salú- tis cándidi,
 post tránsi- tum ma- ris Rubri Christo caná- mus príncipi.
 Cuius corpus sanctíssimum in ara cru- cis tórridum, sed et
 cru- ó- rem róse- um gustándo, De- o vívimus.
 Proté- cti paschæ véspéro a devastán- te ángelo, de Pha-



ra-ó- nis áspero sumus erépti impéri- o.



Iam pascha nostrum Christus est, agnus occí- sus innocens;



sinceri- tá- tis ázyma qui carnem su- am óbtulit.



O ve- ra, digna hósti- a, per quam frangún- tur tártara,



captíva plebs redími- tur, reddúntur vi- tæ præmi- a!



Consúr- git Christus túmulo, victor redit de bárathro, tyrán-



num tru- dens vínculo et paradí- sum réserans.




Esto perénne méntibus paschále, Ie- su, gáudi- um et nos



rená- tos gráti- æ tu- is tri- úmphis ágrega.



Iesu, tibi sit glóri- a, qui morte vi- cta præni- tes, cum Pa-



tre et almo Spíri- tu, in sempí- térna sácula. Amen.

Psalmi et canticum cantantur sub unica antiphona. Superior incipit.

Ant.

vij.T.



A l- le- lúia, alle- lúia, alle- lúia, alle- lúia,



alle- lú- ia, alle- lúia, alle- lúia, alle- lúia, alle- lúia,



alle- lúia. E u o u a e.

Post psalmodia repetitur antiphona.

LECTIO BREVIS

Heb 10, 12-14

Christus, una pro peccátis obláta hóstia, in sempitérnum consédit in dextera Dei, † de cétero exspéctans, donec ponántur inimíci eius scabéllum pedum eius; * una enim oblatióne consummávit in sempitérnum eos, qui sanctificántur.

RESPONSORIUM MAGNUM

1 Cor 5, 7-8 ; Rom 6, 9

j.T.

Expurgá- te vetus ferméntum, ut si- tis no-
 va con- spérsi- o, é- tenim Pascha nostrum
 immolá- tus est Chri- stus: * I- taque epu- lémur in
 Dómi- no, al- le- lú- ia. *Ÿ*. Christus
 resúrgens ex mórtu- is, jam non móri- tur, mors illi ul-
 tra non do- mi- ná- bi- tur: * I- taque.

Vel loco responsorii dicitur ant. Hæc dies ut notatur ad Laudes matutinas.

AD MAGNIFICAT

Rom 6, 9.10

j.T.

Christus re- súr- gens ex mór- tu- is jam non

mó- ri- tur, mors il- li ul- tra non dominá- bi- tur,
 quod e- nim vi- vit, vi- vit De- o, al- le-
 lúia, al- lelúia. E u o u a e.

vel

j.T.

Hódi- e Chri- stus surréxit, hódi- e ex mórtu- is vi-
 vus appáru- it, hódi- e inférnum conculcávit et paradí- sum
 reserávit, hódi- e lætán- tur cæli et terra, alle- lúia,
 alle- lú- ia, alle- lú- ia. E u o u a e.

PRECES

Christum Dóminum, qui mórtuus est, resurréxit et semper interpéllat pro nobis, † cum fidúcia deprecémur :

Victor Rex, exáudi nos.

Christe, lux et salus ómnium géntium, † ignem Spíritus tui effúnde super nos, resurrectiónem tuam proclamántes. *Victor Rex...*

Israel in te Christum spei suæ agnóscat, † et omnis terra cognitióne tuæ glóriæ repleátur. *Victor Rex...*

Serva nos in communióne sanctórum tuórum, † et cum eis a labóribus nostris requiéscere concéde. *Victor Rex...*

Qui inimícam mortem superásti, cóntere in nobis inimícum tuum, † ut tibi immortáli victóri vivámus. *Victor Rex...*

Frátribus nostris abséntibus múnera largíre. *Victor Rex...*

Christe salvátor, qui, factus obœdiens usque ad mortem, exaltátus es ad dexteram Patris, † fratres tuos in regnum glóriæ tuæ benígnus admítte. *Victor Rex...*


Pater noster.

Oratio, ut ad Laudes matutinas.

ANTIPHONA AD B. MARIAM VIRGINEM

vj. T.

Regína cæli, læ-tá-re, al-le-lúia,
 qui-a quem me-ru-ísti por-tá-
 re, al-le-lúia, re-surré-xit sicut dixit, al-



le- lú- ia; o- ra pro no- bis De- um, alle-
 lú- ia.
 ✠ Benedi- cámus Dómino, allelúia, alle- lúia.
 ✠ De- o gráti- as, allelúia, alle- lúia.

